



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Modus, quo fascia deponitur, & frons Confirmati abluitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

*templo non recedant, nisi ultimâ Episcopi benedictione perceptâ.*

XII. Moneat pariter Parochus Patrimos, ut instruant consignatos bonis moribus, ut fugiant mala & faciant bona: & doceant eos Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, & reliqua fidei rudimenta.

Modus, quo fascia deponitur, & frons Confirmati abluitur.

**P**eracto triduo, fundat Patrimus vel alius aquam in pelvim. Et, si Sacerdos sit, dicat sequentia:  
*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Domini.

*Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.* Sit nomen Domini benedictum.

*Resp.* Ex hoc nunc & usque in sæculum.

*Hinc mittat fasciam, quâ frons fuit ligata, in aquam; & hujusmodi madidâ fasciâ frontem Confirmati lavet; adhibitoque modico sale, & faciendo Crucem, ita dicat:*

**A**B omni immunditia mentis & corporis mundet te Dominus noster Iesus Christus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *Resp.* Amen.

*Deinde addat:*

**C**hrismatis ablutio fit tibi omnium peccatorum tuorum remissio, ut habeas vitam æternam in CHRISTO IESU Domino nostro. *Resp.* Amen.

Pax ✝ tecum. Vade in pace. *Resp.* Amen.

*Factâ*

*Factâ ablutione, comburatur fascia, & cineres mitantur in cæmeterium, vel supra ossa mortuorum, nec non ipsa aqua; aut, si non licet, in profluentem. Cavendum autem est, ne in sterquilinum, vel in canum aut alium immundum locum, effundatur hac aqua, ob sacri Chrismatis reverentiam.*

In gratiam laicorum, aut Latine ignorantium, de hac Chrismatis ablutione sequentia subjunguntur.

**E**rstlich soll der Firmgött ein frisch reines Brunnen Wasser/ es sei kalt oder warm/ in ein rein Becken / oder sonst in ein sauber Geschirz glessen / vnd dan die Binden / damit dem Gefirmbten die Stirn gebunden gewest / auflösen / vnd in das Wasser tauchen/ darnach die nasse Binden ein wenig außstrucken/ vnd dem Gefirmbten ein Creuß damit an die Stirn/ da der Bischoff den Chrisam hingestrichen / machen / vnd sprechen : **Im Namen Gottes des Vatters / vnd des Sohns ⁊ / vnd des Heiligen Geistes / Amen.** Gott der Himlisch Vatter wölle dich reinigen von aller unreinigkeit der Seelen vnd des Leibs / auff daß du haben mögest das ewige Leben / durch Christum Jesum / Amen. Nach dem die Abwaschung der Firmung also beschehen / soll das Wasser auff ein Kirchhoff / oder in ein Beinhaus geschütt werden / Wo aber deren keins vorhanden wäre / soll man es in ein fließend Wasser außgiessen / vnd nicht etwa auff ein Mist / oder sonst an ein unreines Ort / vnd diß von wegen der Würdigkeit des Heiligen Chrisams.